



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regularis Ord. S. Augustini De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniæ, 1723**

XXXIII. De instabilitate cordis, & de intentione finali ad Deum habenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45773](#)

oblivioni tradita videtur vera cælestis sapientia ; non sapiens alta de se, nec magnificari quærens in terra : quam multi oretenus prædicant, sed vitâ longè dissentunt : ipsa tamen est pretiosa margarita, à multis abscondita.

## C A P U T   XXXIII.

*De instabilitate cordis & de intentione finali ad DEUM habenda.*

I. **F**ili, noli credere affectui tuo, qui nunc est : citò mutabitur in aliud.

Quandiu vixeris , mutabilitati subjectus es, etiam nolens ; ut modò latus , modò tristis ; modò pacatus, modò turbatus ; nunc devotus, nunc indevotus ; nunc studiosus , nunc acediosus ; nunc gravis , nunc levis inveniaris.

Sed stat super hæc mutabilia sapiens, & bene doctus in spiritu : non attendens quid in se sentiat, vel qua parte flet ventus instabilitatis , sed ut

tota intentione mentis ejus ad debitum & optatum proficiat finem.

Nam sic poterit unus & idem in concussusque permanere , simplici intentionis oculo , per tot varios eventus ad me imprætermissè directo.

2. Quantò autem purior fuerit intentionis oculus , tantò constans inter diversas itur procellas.

Sed in multis caligat oculis puræ intentionis : respicitur enim citò in aliquod delectabile , quod occurrit.

Nam & raro totus liber quis inventur à nævo propriæ exquisitio- nis.

Sic Judæi olim venerant in Bethaniam , ad Martham & Mariam ; non propter J E S U M tantum , sed & ut Lazarum viderent.

Mundandus est ergo intentionis oculus, ut sit simplex & rectus, atque ultra omnia varia media ad me dirigendus.

CA-